



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Permutatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

esse non solum Episcopus, sed etiam confessor. num. 91.

Percussio grauis eadem est, quæ enormis ibidem.

A percussione graui seu enormi clerici solus Papa absoluit. A mediocri etiam Papa sed aliquando potest Episcopus, ut cum sunt clerici simul viuentes in collegio: aut si tutor, executor, merinus, aut alius minister custodiens fores, & cohibens homines inferat manus clerico, absque intentione laedendi, & licet non sine culpa, tamen leuiter, aut mediocriter. Possunt absolui à suo prelato Religiosi percipientes mediocriter, aut leuiter, clericum: A percussione leui Episcopus absoluit. cap. 16. num. 8. & cap. 27. num. 92. Secus si sit à ministro Iustitiæ. num. 78.

Peccat mort. clericus, aut religiosus, qui præ ira percutit se ipsum, & est excommunicatus. Secus si ex deuotione, aut luctu, ob mortem parentum, vel amicorum leuiter se flagello aut manu percutiat: non tamen potest consentire, ut ista ob hunc finem ab alio ei inferantur. cap. 15. num. 11.

PERMISSIO. Non peccant qui pueris ad vitia procliuius permittunt occasiones labendi, ut comprehensi vtilius castigentur. cap. 24. num. 13.

PERMUTATIO. Quod habetur per permu.

permutationem, non succedit loco rei permutatæ. cap. 17. num. 50.

Ad iustitiam permutationis non requiritur quod res permutanda sit iam in rerum natura, & in dominio eius, cum quo res alia permutatur. num. 283. lit. C. Nou. num. 285.

PERTINACIA est credere aliquid non paratus corrigi ab Ecclesia. cap. 11. num. 22.

PEREGRINVS Clericus non debet admitti ad officia diuina, sine litteris commendatitiis. cap. 25. num. 68. ipse tamen si celebret in occulto, non peccat. cap. 27. num. 153.

PERIVRIVM.

Dicens aliquid falsò, & adiungens, *hac mihi faciat Deus*, vnum tantum peccatum committit. cap. 12. num. 1.

Iurans falsum scienter, est periurus, quicumque de causa id faciat. num. 5.

Iurans falsum non aduertens, sed ita dispositus, ut, si aduerteret, etiam iuraret, ob prauam consuetudinem, periurus est: Communiter tamen veniale est iurare falsum, non considerando an sit falsum necne. numer. 16.

Iurans falsum per ignorantiam crassam, credens esse verum, peccat mort. Si tamen

R x § adhi.